



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Lvnebvrgi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

OTTO coronatus, veribus esca datus.

Huius erat post sponsa Philippi st. rps genorosa,
Filia formosa, nunc cinis, antea rosa.

Qui legis hac metra, memor esto orans pro poeta:

Quid caro, quid vita, quid res? nisi mors, cinis,
umbra.

LVNEBURGI.

EPITAPHIUM HERMANNI TVLLI-
CHII, PRIMI SCHOLAE LVNE-
burg. Rectoris.

Hermannus iacet hic TVLLICHVS ille,

Orator bonus, & Poeta felix,

Huius scepra schola tenebat vrbis

Magna laude diu, sed ante tempus,

Tantum fata virum abstulere mundo,

Cum merore graui omnium bonorum.

Obijt anno 1540. Iulij XXVIII. ætat. LIV.

GEORGII STENII CITHAROEDI.

STENIVS hic recubat testudine ludere doctus,

Cui peperit nullum Teutona terra parem.

Cum moriebatur, Musa Charitesq; gemebant,

Tristis & abiecta flebat Apollo lyra.

At cælum risit, quoniam vt mortalibus antè,

Sic insigne melos nunc canit ille Deo.

IBIDEM.

HENRICO HVSANO Ilenacensi Turingo, ab
ineunte ætate in Germania, Italia & Gallia bonis
literis & linguis exculco, & mox supra ætatem
egre-

egregio oratori, politico & I. Cto. Saxoniz & militorum principum consiliario & legato, Cancellario Megapolitano, & post aulicarum iactationum tedium Lüneb. quoque Reip. syndico, dexteritate & vsu rerum conspicuo: & in consilijs, transactionibus & pacificationibus mirificè experito, pieque hïc defuncto in spem opatiff. resurrectionis viros & liberi cum lachrym. PP.


CIRCA IDEM MONVMENTVM.
COELVM POLITEVMA PIORVM EST.

*Christo vno duce carpe viam, sic itur ad astrum
Aurea puluereis prastant aterna caducis.*

Nulli sine Marte triumphi.

VITA CRESCENDO DECRESCIT.
MORS LILIA SENTIBVS AEQVAT.

*Nil fragili à fracto; quod tu esse solebas,
Ipse fui, sies tu quogq; sum quod ego.*



LVBECENSIA.

IN LVBECAM IVL. CAES.
SCALIGER.

SI referam; mihi quis crederet? sub limina mundi
Ultima legis iura vigere Dei.
Ingenium, candorem animi, cultumq; fidemq;
Fortiâque inuicta pectora pura manu,
Dum mirata stupet terras Astraea relinquens,
Atq; putat caeli regna, resedit ibi.

IN SVMMO TEMPLO.

A. .M. C. LXX. ædificata fuit præsens Ecclesia,

per